



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Quindecim Amoris caussæ in specie, ex Aristotele. Capvt XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

dius, & superfluens luminis diffusio, omnem, quæ sapientia, & intra mundum est mentem, sua plenitudine illustrans. Hoc igitur nos primum, ad boni cognitionem, intelligentiamque promouer, deinde etiam ad amorem suis quodammodo facibus irritat.

Terter. Conciliatricula est amoris similitudo, & ingens ad vineendas, simulque retinendas mentes incitamentum. Similia quippe gaudent similibus, & Simia Simiae, Graculus Gracculo iucundissimus, vel, ut est in vetere proverbio.

Tertius μεν τε θηγι φίλος, μέρμηχι δέ μόρικες.

quid Ouidius expressit his versibus.

Sciens ingenii aliqua est concordia iunctio,

Et seruat studij frēderā quisque sui.

Rusticus agricolam, miles fera bella geruntur.

Rectorem dubia nauia a puppis amat.

Quarto. Verus amatorium assertur à Seneca, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficâ carmine. Si vis amari amas. Et vere, premium amoris accommodatissimum, est amor, nullumque videtur adeo rigidum, & ferox ingenium, quod amans illecebrum non pelliciarum ad redamandum. Contingit tamen nonnunquam, vel natura arrogantia, vel arcana quadam antipathia, vel vitiis amoris corruptela, qui luctam quandam, & discrimen appetit, ut homines, quos videat ad amandum proclives, minime redament, quinimò eorum magis amore captantur, qui minus amori respondent, secundum vulgatum Aulonij versum.

Hanc volo, quæ non uult, ilam quæ vult, ego nolo.

Hæc sémè sunt præcipue amoris causæ, quas enucleatus persequutus Aristoteles, in quindecim genera distidit.

Quindecim. Amoris causa in specie, ex Aristotele.

#### CAPUT XIX.

**P**rima, est beneficentia, vel beneficia voluntas, amant enim omnes eos, qui benefecrunt, aut quos putant esse bene facere. Quæ affectio, tam naturalis est, ut ipsis belluarum ingenij coaluerit.

Secunda, habere res communes, de ipsisdem lœtari, in ipsisdem periclitari; simul in societatem laboris, simul in premiorum, & fructuum contubernium venire.

Tertia, est iustitia, amant enim iustos, & innocentes, quales sunt, qui non ex aliorum damnis viuant, sed honestis artibus, siveque libi industria victum comparant.

Quarta, est bonum, & integra fama. Talibus cum volunt omnes amici fieri, quum & ipsi improbi amant hoc specie gloriose amicitiae titulo, rerum suarum infamiam teger.

Quinta, non aduersari. Itaque amant, in communione vita, & consuetudine, affabiles, qui neque sunt exprobratores beneficiorum, neque viriorum censores. Qui crimina minime obseruant, qui non maledicunt, irascientibus non aduersantur, aut si irati fuerint, faciliter conciliantur.

Sexta, studiosæ se gerere. Amant enim omnes bene affectos, qui admirantur, qui faciunt, qui insigni benevolentia prosequuntur, cum omnes amari, & suspici lubentem velint.

Septima similitudo, amant quippe similes, & eadem profientes si non impediunt, neque ex eodem si vita. Et si enim similitudo per se parat amorem, tamen propter aliquid impedimentum gloriae, vel lucri, gignit indignationem, & inuidiam, iuxta Hebrei dictum.

Kαὶ κεραυνὸς κεραυνοῖ κοτέει, καὶ τέκτονες τέκτονων καὶ πάχος πάχος φονεῖ, καὶ ἀνθρώποις αὐτῶν.

Octaua, familiaritas, amant enim apud quos, sic se habent, ut non afficiantur metu, nec pudore, maxime in his, quæ sunt ad opinionem: Alia enim ad veritatem turpia sunt, quæ nemo inquam probus admiserit. Alia sunt ad opinionem, quæ potest, sine culpa, quilibet facere.

Nona. Nympha tenerentia, nam amant etiam eos, apud quos pudore afficiuntur, eorum qui sunt πόσις αἰδοῦσι, propter eam, quam aduersus ipsos habent obseruationem.

Décima, æmulatio, aut enim amant eos, aut ipsis amici esse volunt, quibus, cum de amore concerant, & quorum æmulationem appetunt, & non inuidiam.

Vnde.

Vndeclima, Procuratio bonorum. Nam amant eos, quibus bona procurarent, nisi in ipsis maiora mala redundarent.

Duodecima, benevolentia fidelis. Volunt enim amici eis ijs, qui amant similiter absentes, & presentes, ac etiam mortuos.

Decima tercia, nulla fictio. Iaque amant eos, qui non singunt apud ipos. Tales autem sunt, sua ipsorum vita dicentes.

Decima quarta, nullus merus. Amant enim non meruendos, id est, qui popularitatem studuerunt. Principes, libenter audiueret, quod de Theodorico dixit Sidonius, *timet timet*.

Decima quinta, fiducia. Amamus enim ipsos, quibus confidimus.

De effectu, & vsu huiusc.  
affectus.

*Amor &  
benevolen-  
tia oratori  
necessaria.*

Vlmineus est hic affectus, sed blande fulminat, & intimas auditorum mentes, sensus peruidat. Hanc viam machinam, si nactus est orator, Helepolin quandam nactus est, qui sine violentia, sine strepitu, sine vilo tumultu in animos possit inuadere. Si contra labore odio, flagore inuidia, & multitudinis oculis sit inuisus, nulla sunt ingenii, & eloquentei praesidia, quae satis cum fortunare, atque corroborare possint. Quid igitur faciet, & quem in usum hanc de amore tractationem conferet? Primum, opinor dabit operam, ut amicos, & benevolos eos habeat, apud quos agat. Sed non in anibus verborum illecebris, & mellitis, (ut ait ille globulus) paratur benevolentia, immo apud viros graues, & sinceros, his artibus male audit amicitia. Vite sanctimonia, virtute, sapientia, bonitate, caritatisque præsidij excitari, corroborarique amores oportet. Quod luculente docet D. Ambrosius.

*Ambros.  
lib. 2. de  
offic. c. 7.  
Nihil tam  
vile, quam  
dilig.*

Primum, inquit, nouerimus, nihil tam vtile, quam diligi: nihil tam inutile, quam non amari. Popularis enim, & grata est omnibus bonitas, nihilque, quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudinem, ac facilitatem animi, moderationem, præcepti, & affabilitatem sermonis, verborumque honore, patienti quoque sermonum vice, modestia que adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit, ad cumulum dilectionis. Iam, si quis consilio, vsu, ministerio, officijs populari comprehendat gratiam, aut quis periculum suum, pro vincere

plebe offerat, non est dubium, quin tantum caritatis in eum à plebe refundatur, ut populus, salutem eius, & gratiam sibi praefrat. Hec sunt amatoria potentissima, quæ oratores persæpe de se, cum suauitate tamen modestia, & liberius de ijs, quos in iudicis tuerunt, commemorare solent, & hæc de humano amore.

In sacris concessionibus, aliae diuini amoris faces, alia incitamenta, & fomenta querenda sunt, quibus pleni sunt libri, & sapientum voces. Imo mundus, quantusunque est, ingenis quoddam volumen est, in quo, quot res visuntur, tot leguntur characteres, qui diuinam sapientiam, & bonitatem, expressissimis verbis commendant, & ad redemandum prouocant. Neque verus, piusque amator, res creatas ob aliam causam diligit, quam quia creatoris Dei, quem amat, vel imagines sunt, vel umbras, & quantum similliores apparent, tanto magis admiratur, & laudat. Numquam decit excitandi amoris campus ei, qui Dei insuitas virtutes, & profulissima in humanum genus beneficia expendet. Veruntamen, nisi radius coelestis luminis, animos ad præstantis illius doctrinæ satus accipiendo compari, nullius quicquam valebit oratio.

Alius præterea vius est in remissione, cu videlicet, aut amor nimis, acer temperandus, est, aut etiam praus è corde, & medullis ueillendus. Hoc opus, hic labor est, cum valentissima quippe belua luctandum, apud quam, sèpè tantum valent per iæ Philosophiaratione, quaestuum apud coecum colores. Belæ tanzen in hac re præcipiunt sapientes, cogitationes amantum alio traducendas, & vius, ac confuetudinis remissione, ym amoris intemperantis esse instigendam. Vt enim rei dilectæ præsentia, quasi sonitus, sustentatur amor, sic ubi ista ex oculis crepta est, & alijs iam curis animus assuetuit, languescent quotidie desideriorum faces, & pauperrimat extinguitur. Pierunque etiam ipsa satietae obruitur cupiditas, & vehementissimis voluptribus, vienam irrepit fastidium. Quod fit, ut viri prudentes, etiam honestas amicitias temperent, ne cum actiores fuerint, & assida confuetudine satiatae, atque oppletæ, facilius intepescant. Iuuerit etiam, rei intemperanter dilecta vita, & deformitates, ob oculos amantis ponere. Cum enim omnes, in amore pulchrum, bonumque appetant, in quo varijs quasi spectris, & figuris

tis falsae pulchritudinis clusi, quam scep-  
simè deflectunt à vero, si apertis semel oculis turpitudinem agnoverint, in eo ipso, quod pulcherrimum mente, ac cogitatione desfor-  
mabant, statim incipiunt odisse, quod antea  
flagrantius deperierunt.

Ad summum amor amore, quasi clavis  
clavo deplendens, & animo feedis amoribus  
obfuso, alia studia, quibus ipse delectari ho-  
nestè possit, instillanda sunt, multos literæ, a-  
lios venatio, alios aliae exercitationes, varia-  
que oblectamenta sanarunt; sed nihil homini  
præsterrim Christiano præstarius est, quam ad  
diuina orationis, & abstinenteria præsidia re-  
currere, hæc est enim *armatura fortium*, qua  
comurata omnia peniciem rela, potentiis  
us infringuntur, vel remissa noecendi diritate,  
penitus hebescant. Sed horum remediorum  
tractatio, ad aliud pertinet institutum.

### Affectus amoris exempla.

#### CAPUT XX.

D. Ambr. I.  
de obitu  
Satyri fra-  
tri.  
Affilius  
amoris.

**Q**uanta vis sit honesti amoris, quamque  
suaves eius affectus, à nullo commodius,  
quam à Diuo Anibio, in ea oratione,  
quam in obitu Satyri fratris habuit, arbitror  
eis delineatum.

Nunquam totus in me fuit, sed in altero  
nostris pars maior amborum. Atque vixnam,  
vt memoriae, vt gratiarum, ita etiam vitæ tuae hoc  
quicquid est, quod spiramus, aut spirare posse-  
mus: dimidiunque meorum decideret tem-  
porum, quod ad tuorum proficeret vsum.

Ego te frater hæredem feceram, tu hære-  
dem me reliquisti.

Ego te superfitem optabam tu me super-  
fitem dimisi: Quid mei successor hæredis?  
quid agam mea vitæ superstes? quid agam ex-  
fors huius, quod cupio luminis?

Ego te frater non requiram, aut possim yna-  
quam obliuisci tui: Quas grates? que munera  
referam tibi? Nihil à me præter lachrymas  
habes. Aut fortasse securus meriti tui, quas  
solus superstites habeo lachrymas non requi-  
ris. Nam etiam cum adhuc vires fieri pro-  
hibebas, mœtoremque magis nostrum, quam  
tuam mortem tibi esse testabarais dolori.

Habeo plane pignus meum, quod nulla  
mihi peregrinatio iam possit auellere: Habeo  
quas complectar reliquias: Habeo tumulum,

quem corpore tegam. Utinam potuisse  
aduersus mortem tuam, meum corpus obij-  
cere. Si gladijs peritus es, me potius pro te  
obtulisse. Nihil mihi profuit ultimos hau-  
sisse anhelitus, nihil flatus meos inspirasse  
mortali. Putabam enim, quod, aut tuam mor-  
tem ipse susciparem, aut meam vitam in te  
transfundarem.

An ego possum, aut non cogitare de te, aut  
vñquam sine lachrymis cogitare? Quid mihi  
sine te, aut tibi vñquam sine me voluptati  
fuit?

Ades, inquam, & semper ostenderis, & te  
toto animo, ac mente complector, aspicio, al-  
loquit, oscular, comprehendo: Ipse iam no-  
tes, que quasi molestiores viuente te vide-  
bantur, quod murui conspectus copiam dene-  
garēt, ipse iam somnus colloquiorum nostro-  
rum dudu interruptor inamabilis, dulcis esse  
cœpit, quia te mihi reddidit.

Teneo igitur te frater, nec mihi te mors. *Lachryma*  
aut tempus auellit. Ipsæ dulces lachrymæ sūt, *sua*.  
ipſi fletus iucundi, quibus reflingitur ardor  
animi, & quasi relaxatus evaporat affectus.  
Neque enim sine te esse possum, aut tui non  
meminisse vñquā, aut meminisse sine lachry-  
mis. O amari dies, qui interruptam copu-  
lam perditis! o flebiles noctes, quæ tam bo-  
num confortent quietis, & inquietum mihi  
comitem perdidis!

Parahospiti consortium, & quemadmo-  
dum hic nobis omnia fuere communia: Ita  
illuc quoque diuiduum nesciamus, nec quæfo-  
cupientem tui deseras, properantem expe-  
cta, festinaret adiuua, & si diutius tibi mo-  
rari videor, accessere. Neque enim vñquam pro-  
lixius absuimus à nobis, tu solebas reuifere,  
nunc quoniam redire non potes, nos ad te ibi-  
mus, eum est, vt officium rependamus.

Mellei plane, & vt uno verbo dicam, Am-  
brosij affectus, quibus si celeberrimam Orige-  
nis de S. Magdalena in Christum amore,  
homiliam conferas, nihil inuenies amanti-  
us. Sed hæc in priuata amicitia. Alij sunt af-  
fectus, ad publicam benevolentiam concili-  
andam valde compositi, quibus propter sum-  
mam morum suavitatem, referuntur est M.  
Tullius, nescio enim, quo pacto blandissime se  
in animos insinuat, longe aliter, quam Demo-  
sthenes, qui in istis, ex ingenij sui conditione,  
durior est, & austerior. Quid est magis illece-  
brosum hac oratione?

Video P.C. in me omnium vestrum ora, *Catil.*

*Cic. 4. in  
Ccc atque*